

dictis fideiussoribus intromissio bonorum ipsius vel ipsorum principalium debitorum pro quo vel quibus facta fuerit fideiussio, que bona deliverari debeant ad extimariam secundum
 202 B formam statutorum Tergesti, et de denariis vendi- // tionis
 dictorum bonorum solvatur debitum in quo talis extitisset 5
 fideiussor.

Cap. XVIII. Rubrica de pignoribus et vendentibus pignus et cui fides debetur. R.ca.

S alubriter duximus statuendum quod quicumque habuerit aliquod pignus mobile in sua potestate, fides debiti detur 10 habenti pignus, iurando per sacramentum quod rem illam pro pignore habeat et pro quanto. ¶ Insuper quicumque obligaverit alicui mutuatori vel alteri persone nomine pignoris aliquod vas vel butixellam unum vel plura vini vel possessionem aliquam, et persona que obligaverit nomine pignoris vassa 15 butixellas vel possessiones, ut dictum est, post obligationem vendiderit dictam rem sic obligatam alicui alteri persone, si non solverit debitum quod dare tenebitur creditori, incontinenti cadat ad penam decem libr. par., et nichilominus constringatur talis persona, que vendiderit pignus et non solverit 20 creditori cui fuerit obligatum, ad standum in palacio comunis de quo non recedat, donec plenarie satisfecerit creditori de debito pro quo obligaverit dictum pignus sic venditum, et penam supradictam. ¶ Preterea nullus audeat vendere aliquod pignus mobile sibi obligatum sine licentia domini, sub pena 25
 203 A quinque sold. par. pro libra // de valore ipsius pignoris. ¶ Et quicumque mutuaverit super aliquo pignore, et etiam quilibet mercator dederit bladum vel alia mercimonia in credentia sub pignore, teneatur dare cedulas pignorantibus, in quibus ¹⁾ cedulis sit scriptus dies terminus pignoris quantitas denariorum 30 et pignus, quale sit, nomen pignorantis et acceptoris pignoris, et hoc sub pena centum sold. pro quolibet et vice qualibet contrafacta. ¶ Et si predicta scripta non invenirentur, fides

¹⁾ Aggiunta marginale.